

tica denique *Problemata*, quæ in genere ad res Mathematicas & speciatim ad cœlestia pertinent, unà Sectione Philosophus exhibet.

PROBLEMATUM ARI- STOTELICORUM USUS.

Inservit *Problematicum Aristotelis Opus*, idque maximam partem *Physicum*, non tantum ingenio ac judicio *Physico* provehendo; sed & menti nostræ vario scibili imbuendæ. *Problematicum* siquidem docendi genus ut rem in utramque partem ventilandi rationem tradit: ita & variis rebus, quæ in qvæstionem venire possunt, intellectum instruit.

APHORISMUS XXXV.

LIBROS *Philosophie Aristote-
licæ PHYSICOS LIBRI* seqvuntur
MATHEMATICI: qvorum alias
circa lineas versatur, Liber nempe
ΠΕΡΙ ATOMΩΝ, h. e. de inseca-
bilibus lineis.

EXE.